

Luna ~~de la~~ ~~de la~~



✱

# VOTA, ET MOTIVA

## IN PROCESSV APPELLATIO- NIS IVRATOVM DE LVNA.



**I**N DEI NOMINE. AMEN.  
 Noverint universi, quod anno à Nativitate Dñi millesimo quingentesimo septuagesimo tertio, die verò, qui computabatur nonus mensis Maij, Cæsaraugustæ in Regio Consilio causarum Civilium inter-  
 venerunt Magnifici Domini  
 D. Ioannes de Marcilla Regens Cancellariam, Andreas Serveto de Aniñon, M. de Andreas, Ioannes Peza de Ribera, & Vrbanus Piez de Aragues Regis Consilia-  
 rij, coram quibus fuit positus Processus Appellationis Iuratorum de Luna, in quo omnes concordēs fuerunt voti, & opinionis, quod tenetur pronunciare, attent. cont. & declarare per Iudicem à quo bene pronuncia-  
 tum, & pro parte Iuratorum, Concilij, & Vniversita-  
 tis, ac singularium personarum Villæ de Luna prin-  
 cip. P. Lopez, & Sanz. Procurat. male ad hanc Regiã Audientiam appellatum, neutram partium ex causa in expensis condemnando. Ex eo præsertim, & alias, quia ex meritis præsentis processus, & ex deductis, & probatis in eo, constat homines Villæ de Luna, & Aldearum eiusdem princip. P. Lopez Procura. vassallos esse Ducis Villæ-Formosæ, eundemque, & suos præ-  
 decessores, à quibus, & causam habet, fuisse Domi-  
 nos Villæ, & Aldearum de Luna cõ iurisdictione om-

A

ni-



3  
2  
nimoda civili, & criminali, alta, baxa, mero, & mixto imperio, cum singulis, & universis iuribus ad dominiū, & dominicaturam temporalem eiusdem Villæ, & Aldearū expectantibus, prout latius, & seriosius, ex venditionis instrumento in processu exhibito concessæ de dicta Villa, & Aldeis per Serenissimum Regem Alphonsum, anno millesimo quadringentesimo tricesimo primo, Don Ioanni Lopez de Gurrea emptori deprehenditur fuit, enim dicto Don Ioan. Lopez facta venditio de dicta Villa, & Aldeis, cum omnibus supra dictis iuribus taliter, quæ illis omnibus, & singulis posset, uti frui, & gaudere, prout melius quicumque Barones, & reliqui pleni domini temporales eiusdem Aragonum Regni in locis suis habentes, merum, & mixtum imperium, & aliam similem iurisdictionem possunt, & consueverunt, uti & exercere, absque aliqua appellatione, provocatione, supplicatione, fatica, & recurso ad Serenissimum Dominū Regem, nec ad suos Officiales Ex quibus plene resultat huius Regni Fores, & Observantijs, consuetudinibusque attentis prefato Duci, & suis prædecessoribus competisse, & competere absolutam, & supremam potestatem in quolibet suos vassallos conditionis, seu signi servitij, ac eorū bona sicuti, alijs quibuscumque Dominis temporalibus præsentis Regni de Foro, & alias in suos, ac similis conditionis vassallos competit, & competere consuevit, neque prædictis refragatur privilegium Regis Alphonso, præfatæ Vniuersitati, & hominibus de Luna, ac suarum Aldearum concessum sub die vicesimo tertio Februarij anni millesimi quadringentesimi tricesimi in præsentis processu pro eorum parte exhibitum: Quoniam ultra id, quod per dictum privilegium non

ap-



3  
apparet fuisse concessam puram simplicem, & natura-  
lem Infantioniam, constat privilegium nunquam fuis-  
se receptum in usu, imò post concessionem illius, &  
venditionem de dicta Villa factam per Dominum Re-  
gem Alphonsum, D. Ioanni Lopez de Gurrea homi-  
nes Villæ de Luna semper fuisse tractatos, & nomine  
(demptis naturalibus Infantionibus) ut homines con-  
ditionis, & signi servitij, & in statu servitutis ab eo, in  
quam tempore, usque in diem inchoatæ litis vixisse ta-  
literque, nec appareat eos aliquibus privilegijs Infan-  
tionum usos in quo fuisse: imò vario, & diverso no-  
mine, ac reputatione segregatos, & distinctos fuis-  
se ab Infantionibus naturæ retenta sua pristina, &  
assuetade nominatione, & sorte sua, & titulo ho-  
minum conditionis, & signi servitij seorsum uten-  
do, vt constat ex præstatione homagiorum, & ex  
alijs instrumentis in processu exhibitis, & ex varijs sig-  
nis, & actibus perpetuæ servitutis, qui non potuerunt  
fieri, & exerceri citra ius, & nomen vassallagij homi-  
num signi servitij, & nullatenus Infantionum; & licet  
homines franchi multoties nuncupati reperiantur.  
Non id circo tamen cum Infantionibus fuerunt vnq;  
connumerati; nec cum eisdem locum aliquem forti-  
ti quinimò prædicti vassalli, solo franchorum nomi-  
ne contenti, absque ullo effectu franchitiæ, sed in or-  
dine, numero, atque nexu hominum conditionis, ac  
servitutis remanserunt: cum enim constet, quod in ea  
Villa, eiusque vicinis, seu Aldeis, prout alibi in toto  
Regno, olim, & perpetuis præteribus duplex genus  
hominum tantum habitaverint, nempe Infantiones  
genere, ac natura, & reliqui omnes quæ sunt homines  
conditionis, seu signi servitij, qui quidem cum non sint

ne-



4  
neceſſe poſſint illi priores , ſcilicet Infantiones ge-  
nere, & natura, nec de foro , nec de conſuetudine dicti  
Oppidi de Luna reperiatur aliud territoriũ genus ho-  
minum vaſſallorum: ergo neceſſariò ſequitur, quod  
præfati vaſſalli franchi nuncupati ſunt illimet vaſſal-  
li, qui aliàs ibidem , & in alijs Regni partibus nuncu-  
pantur homines conditionis , ſeu ſigni ſervitij , inter  
quos, & vaſſallos ſervitutis, nullum omnino diſcrimen  
de foro , nec de conſuetudine Villæ de Luna realiter  
potest aſignari, & conſequenter Dux Villæ Formoſæ,  
& ſui prædeceſſores , iuxta obſervantiam Regni po-  
tuerunt eos tractare , ut alij Domini temporales vaſ-  
ſallorum tractant ſuos vaſſallos ſervitutis, abſque ul-  
lo Superioris recurſu, qui ſtatutorũ conformis eſt, atq;  
correſpondet tenori venditionis factæ de dicta Villa  
per Sereniſſimum Regem Alphonſum, & ſtatui in quo  
erant vaſſalli ante annum milleſimum quadringente-  
ſimum ſexageſimum primum, & ſic videtur quod ob-  
ſervantia, & continuatio dicti ſtatus, uſque in hodie-  
num diem non ſit per Forum ſublata , nec prohibi-  
ta, & quod D. Ioannes Lupus emptor, dictæ Villæ , &  
ſui ſucceſſores bona fide, & iuſto titulo præcedenti po-  
tuerint eos, ut vaſſallos ſervitutis tractare, quatenus in  
vim ſuæ poteſtatis licet & nõ alias, & quãvis dictis ho-  
minibus de Luna fuerint ſervati Fori in proceſſibus  
ibidem actitatis per Iuſtitiam, ſeu Iudicem ordinariũ  
dicti Loci iudicialiter procedentem , non tñ. con-  
ſtat fuiſſe vnquam habitum recurſum in cauſis civili-  
bus, nec criminalibus ad D. Regem: Imò ſi aliquan-  
do fuit habitus recurſus illud fuit à Iuſtitia ad Domi-  
num Villæ, prout ſolitum eſt fieri in vaſſallis ſervitu-  
tis , nec q; fuerint ſibi ſervati Fori in dictis cauſibus  
im-



6

impendit absolutam potestatem; secundum, quod fuit dictum, & habitum pro constanti per Foristas antiquos huius Regni, quibus accidit renunciatio per Universitatem, & homines de Luna concorditer, & nemine discrepante, ac purè, & simpliciter facta, de dicto privilegio, & de alijs iuribus, & proviosinibus, de anno millesimo quadringentesimo quadragésimo. Quarto, quæ & suos successores afficit, qui tanquam vicini dictæ Villæ semper representant eandem Universitatem privilegium enim concessum hominibus alicuius Universitatis, ut vicinis, & habitatoribus illius cèsetur contemplatione dictæ Universitatis concessum, & consequenter dicta Universitas potest illi renunciare, & si dicatur per Ducem, & eius successores non fuisse observata contenta in sententia arbitrari qua obligati fuerunt vassalli de Luna, ad dictam renunciationem faciendam, illud non immutat, nec impedit vim, & effectum renuntiationis purè, & simpliciter factæ Ex quibus omnibus consequens est dicere per Iudicem à quo bene fuisse, & esse pronuntiatum, & pro parte principal. P. Lopez, & M. Sanz Proc. male appellatum ad hanc Regiam Audientiam.

*SIG \* NUM mei Antoni Matthai Uson & Ricau Infantionis, & Scriba Mandati sua Maiestatis, & Archivari Regia Cancellaria Regni Aragonum Cesar Augusta domiciliati, qui huiusmodi vota, seu motiva à libro Motivorum Regij Consilij Civilis, de anno M. D. LXXIII. ubi cōtinuata existunt bene, & fideliter extraxi, & in testimonium rei veritatis meo solito signo signavi.*